



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Ex oblatio[n]e panis uini p[er] Melchise[dech] & immolatione agni
paschalis typici recte colligi, q[...] in sacr[ament]o eucharistiae, corpus
Christi uere co[n]tineatur. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

EVCHARISTIAE. I. 17.

probris: contra illud dñi uerbum in Exodo. **Exod. 22.**
 Dñs non detrahes: & principi populi tui nō maledices.
 Qm̄ enim nouis peruersorū dogmatum adinuenti
 onibus aut iā olim damnatorū reuocatione: ab ec-
 clesie unitate se dissecundunt atq; diuellunt, ut no-
 uam sibi constituant ecclesiam, imo conuenticu-
 lum & synagogam satanæ: non desistunt unq; aut
 uerbis aut (si datur facultas) etiā factis inimiciter
 eos persequi, qui in sinu & gremio suæ matris spi-
 ritualis. s. ecclesie orthodoxæ pmanentes: insanis
 eorum doctrinis aures patefacere nolūt. Quod in
 ueteri lege per Hismaelem persequentem Isaac, et **Gal. 4.**
 per Esau, fratrem suum Iacob diutius odio graui **Gene. 27**
 insectantem: est designatum.

¶ Ex oblatione panis & uini per Melchise-
 dech, & immolatione agni paschalis typici,
 recte colligi: in Sacramento Eucharistiae,
 Christi corpus uere cōtineri. Ca. III.

SED age rem ipsam propositam non ag-
 grediamur auctoritate sacrarum literarū
 & rationibus inde sumptis primum ful-
 cire: & in sancta eucharistia sacratissimū
 Christi corpus ueraciter contineri, osten-
 dere, & non tm̄ ut in figura & signo ibidē existe-
 re: quemadmodū dicunt aduersarij. Quis autem
 ad eam rem cōprobandam, sola fidelibus sufficere
 deberet ipsa summæ ueritatis auctoritas: cōtestan-
 tis frequēter in sa. scriptura, uerū suum corpus &
 sanguinem in sanctissimo eucharistiae sacramēto
 contineri cui solidæ basi innixa ecclesia catholica
 a spiritu sancto id edocta: inconcussam fidē illam
 semper tenuit hactenus, semperque tenebit. ut ta-
 men dilucidior euadat ipsa ueritas: ex limpido di-

B §

DE SACRAMENTO

Gene:14.

uinarum literarum fonte latius eam deducamus. Et priore loco, ex sacra ueteris testamenti pagina ductis utamur testimonijs. Quorum id primum occurrit: quod in genesi describitur de Melchisedech rege Salem, qui occurrens Abraham patriarchæ, reuertenti ex cæde quatuor regum: protulit panem & uinum. Non quidem in sustentationem & alimentum ipsius Abraham & sociorum eius, ut quidam autumant: sed in sacrificium quod tunc Deo excelso obtulit, in gratiarum actionem pro uictoria ipsi Abraham contra hostes a deo præstita. Quod aperte insinuant uerba scripturæ sacræ, proxime sequentia: & reddentia causam cur Melchisedech panem & uinum protulerit. erat enim, inquit, sa-

Ibid.

cerdos dei altissimi. Et ergo ut sacerdotali fungens officio: ex panis & uini substantia, deo tunc sacrificauit. At non opus erat afferre sacerdotalis ipsius muneris ibi rationem: si tantum protulisset panem & uinum tunc Melchisedech, in subministrationem uictus corporalis pro Abraham & socijs eius. cum id per quolibet laicum & de media plebe uirum: æque imo commodius fieri potuisset. ut diligentissimus totius sacræ scripturæ iuxta sensum literalem expositor, Nicolaus Lyranus: ibidem recte annotat. Obtulit igitur tunc ipse Melchisedech, deo panem & uinum in sacrificium: quod erat figura altioris alterius sacrificij, in iisdem rebus pane, s. & uino postea instituendi. Quæ admodum glossa interlinearis inibi hoc ipsum innuit, dicens: Hæc sacramenta nostrorum sacramentorum: figura fuerunt. Et sacer Ambrosius, perhibet in libro sui de mysterijs initiandis, capi. 8. antiquiora esse sacramenta ecclesiæ quæ synagogæ, quam prius per significationem utpote hæc oblationem Melchisedech

Nic. Lyr.

dem recte annotat. Obtulit igitur tunc ipse Melchisedech, deo panem & uinum in sacrificium: quod erat figura altioris alterius sacrificij, in iisdem rebus pane, s. & uino postea instituendi. Quæ admodum glossa interlinearis inibi hoc ipsum innuit, dicens: Hæc sacramenta nostrorum sacramentorum: figura fuerunt. Et sacer Ambrosius, perhibet in libro sui de mysterijs initiandis, capi. 8. antiquiora esse sacramenta ecclesiæ quæ synagogæ, quam prius per significationem utpote hæc oblationem Melchisedech

Ambros.

dem recte annotat. Obtulit igitur tunc ipse Melchisedech, deo panem & uinum in sacrificium: quod erat figura altioris alterius sacrificij, in iisdem rebus pane, s. & uino postea instituendi. Quæ admodum glossa interlinearis inibi hoc ipsum innuit, dicens: Hæc sacramenta nostrorum sacramentorum: figura fuerunt. Et sacer Ambrosius, perhibet in libro sui de mysterijs initiandis, capi. 8. antiquiora esse sacramenta ecclesiæ quæ synagogæ, quam prius per significationem utpote hæc oblationem Melchisedech

EVCHARISTIÆ. I. 12.

repræsentata fuerunt & in sua figura demonstra-
 ta, sacramenta ecclesiæ sanctæ, præcipue sacra-
 mentum eucharistiæ, omnium longe præstantissi-
 mum, quæ exhibita sacramenta synagogæ in multi-
 modis oblationibus & hostijs, post datam legem
 per Moysen institutis. ¶ Et ipse dominus noster
 unigenitusque dei filius, dicitur a deo patre, esse sa-
 cerdos in æternum secundum ordinem Melchise-
 dech: quoniam in suo (nouæ scilicet legis) sacerdo-
 tio, sacrificium solenne instituit, in quo corpus e-
 ius & sanguis uere immolaretur in sancti altaris
 officio, sub speciebus panis & uini, quemadmo-
 dum sanctæ eucharistiæ mysterium præfigurans
 Melchisedech: panem & uinum secundum sub-
 stantiam, domino obtulerat. Itaque secundum eun-
 dem ordinem & ritum: Melchisedech & Christus
 panem & uinum offerunt. ille in figura & umbra
 Hic autem in ueritate, & multo sublimiore gra-
 du. Confirmat sane id ipsum B. Hieronymus: ex-
 ponens uersum illum psalmi centesimi noni, de sa-
 cerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech,
 loquentem: in hunc modum. Hoc solum ergo in-
 terpretemur: tu es sacerdos in æternum, secundum
 ordinem Melchisedech. Hoc solum dicamus: qua
 redixerit, secundum ordinem Nequaquam sacerdos
 eris secundum uictimas Iudaicas: sed eris sacerdos
 secundum ordinem Melchisedech. Quomodo
 enim Melchisedech rex Salem, obtulit panem &
 uinum: sic & tu offeres corpus tuum & sangui-
 nem, uerum panem, & uerum uinum. Iste Mel-
 chisedech, ista mysteria quæ habemus, dedit no-
 bis. Ipse est qui dixit: Qui manducauerit carnem
 meam, & biberit sanguinem meum: habet uitam
 æternam, secundum ordinem Melchisedech: tradi-

2
Psal. 109.

Hierony.

Gene. 14.

Ioan. 6

DE SACRAMENTO

Cassiodo-
rus,

Ioan. 6

I. Cor. II

Gene. 14.

dit nobis sacramentum suū. Hæc ille: Cui astipu-
latur Cassiodorus: in eiusdē uersus expositione di-
cens: Hoc etiam (utpote sacerdotiū æternū: secun-
dum ordinem Melchisedech) propheta promississe
filio cōmemorat patrem Cui enim potest ueraci-
ter & euidenter aptari: nisi dño saluatori? qui cor-
pus & sanguinem suū, in panis ac uini erogatiōe
salutariter consecrauit, sicut ipse in euange. dicit:
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibe-
ritis eius sanguinem: nō habebitis uitā æternam.
Sed in ista carne ac sanguine: nil cruenrū, nil cor-
ruptibile, mens humana cōcipiat, ne sicut dicit a-
postolus: Qui corpus domini indigne manducat,
iudiciū sibi manducet, sed uiuificatricem substan-
tiam atq; salutarem & ipsius uerbi propriam fa-
ctam: per quam peccatorū remissio & æternæ ui-
tæ dona præstantur. Quem ordinem p̄ mysticam
similitudinem, Melchisedech fuisse, rex instituit:
quando domino, panis & uini fructus obtulit. Cō-
stat em̄ pecudū uictimas perisse, q̄ fuerunt ordi-
nis Aaron: & Melchisedech manere potius insti-
tutum, qd̄ toto orbe in sacramentorū erogatione
celebratur. Qd̄ adhuc Iudæi non intelligunt obsti-
nati: cum eorum & sacerdos & sacrificia, de me-
dio probentur ablata. Hæc ille. At uero si in pane
& uino consecratis iuxta Christi institutionem,
nō uere & scdm̄ substantiam cōtineretur Christi
corpus, sed tantum mō ut in figura: quō tunc dif-
ferrent panis & uinum oblata in noua lege secun-
dum ritum legitimū ecclesiæ: a pane & uino ob-
latis p̄ Melchisedech? Reuera, nullo modo. Nam
utrobicq; secundum substantiam esset panis & ui-
num: & secundū figuram, corpus & sanguis Chri-
sti. Non esset igitur potior oblatio noui testamen-

EVCHARISTIAE. I. 19:

si in sancta eucharistia. quam oblatio Melchisedech, neq; hæc foret figura. & illa, ueritas qd omni-
 bus ante dictis, & probatissimis sanctorum patrum
 sententijs, prorsus repugnat. ¶ Insuper agnus pas-
 chalis typicus. secundum ritum Mosaicum quotan-
 nis immolari solitus: figura erat oblationis Chri-
 sti in cruce, pro totius mundi redemptione, de quo
 ait apostolus: quod pascha nostrum, immolatus
 est Christus. Ipse enim (ut sacrosancta concinit
 ecclesia) uerus est agnus: qui abstulit peccata mun-
 di. qui mortem nostram moriendo destruxit: &
 uitam resurgendo reparauit. Quod si panis in alta-
 ri rite consecratus, etiam solum sit figura corpo-
 ris dominici in cruce passi. & non ipsum uerum cor-
 pus: qd discriminis assignabitur inter agnum ty-
 picum & panem sanctum uitæ æternæ: cum utrum-
 que horum duntaxat haberetur ut figura corporis
 Christi. Cur etiam dominus ipse in ultima coena, cum
 manducauit agnum paschalem: non protulit sup-
 eum uerba illa. Hoc est corpus meum, scdm intelli-
 gentiam Oecolampadij: id est, figura corporis mei
 sed eo manducato, ad consecrationem panis azi-
 mi se contulit: qd etiam secundum aduersarium, so-
 lum est figura dñici corporis. Cum tamen agnus
 ipse paschalis maiorē habeat conformitatē ad san-
 ctam carnem dñi nostri immolatam in cruce, quā
 ipse panis azimus quod & ueram habuerit agnus
 typicus carnis substantiam. & de gñe fuerit uiuen-
 tium. Quocirca tandem eo deuenietur, quod in ue-
 teri lege non fuit sacramentorum uirorum, & potissi-
 mum mysterij eucharistiae figura, & in noua le-
 ge eorum exhibite ueritas, sed qd adhuc nūc in ipsa
 figurarum ūbra uersamur. Et quēadmodū de anti-
 q; patribus dictū est a Paulo, qd oia in figura con-

Exod. 12.

1. Cor. 5.

B S

DE SACRAMENTO

Math. 27

4

Ioan. 1

Obiectio
dilutio

tingebant illis: ita & de nobis idem uere nunc diceretur. Neq; uelum templi adhuc diruptū esset: ut referarentur nobis diuina mysteria, figurarum inuolucro obiecta. sed uelamen illud, in toto legis euangelicæ decui su adhuc nostris obiectū oculis foret: & in eadem cū priscis illis patribus cōditiōne uersaremur. ¶ Quinimmo cum figura ipsa ad ueritatē, lege relatiuorū & correlatiuorū referatur: si in euangelicæ legis tpe, non minus sit eiusdem ueritatis, s. corporis dominici, figura in eucharistia, quam in antiqua lege, in agno paschali: consequens est necdum exhibitam nobis esse ueritatem uetustarum figurarū. quare etiā protinus conficeretur, gratiam & ueritatem p̄ Iesum Christum nondū factam esse: sed adhuc adesse nobis figurarū umbras & imagines, & ita antiquæ legis tpe, non fuisse figuras mysteriorū noui testamēti: q̄tum ad hanc eucharistiæ materiā. Cum em̄ figura & ueritas adinuicem referantur: perempto eorum uno, perimitur & alteruq;. Et nō solum id habebitur, nullum nouæ legis ultra ueterem, esse dignitatem & excellētiam: sed & inter illas duas leges nullam prorsus esse discrepātiā, q̄nimmo eas adinuicem confundi & indistincte conuolui: idq; unum habere inter se cōe, quod ambæ figurarū inuolucris obnubilentur. ¶ Neq; ea sufficit re sponsio, ad subterfugienda hæc incōmoda: quam assignant aliqui, agnum uidelicet typicū designasse corpus Christi in cruce immolandū: panē uero sacratum, nunc designare corpus eiusdē immolatum, iam diutius pacto ipsius sacre passiōis mysterio, ipsumq; nos reuocare in memoriam illius immolationis transactæ: & excitare in gratiaruq; actionem de tanto redemptionis beneficio nobis

exhibito. & idcirco latum esse discrimen signifi-
 candiq; uarietatem; inter illa duo. Nempe quem-
 admodum priscorum patrum antiq; ritus, & eo-
 rum q; aduentum Christi in carnē sunt subsecuti,
 eadem a sacris autoribus dicitur esse fides: quibus hi
 iam uenisse mundi redemptorem, & illi ipsum uē-
 turum, religiose crediderint. haud secus & confi-
 milis rōnis dici deberet figura, & ipse panis in eu-
 charistia, & agnus paschalis Iudæorū: tametsi hic
 immolandū in cruce, & illo immolatū repræsen-
 tares Christi corpus. ¶ Porro hæc oīa incommo-
 da nihili facit Oecolampadi. & antiquæ legi plus
 æquo tribuens, nostræ uero, longe minus quam
 par sit: demū in huiusce materiæ p̄tractione ait.
 Panis autem noster, agno illorum spūalium non
 est preciosior, propterea non magis prædicandus
 neq; patriarchis, fideles nr̄i: beatiore: sunt, quos æ-
 quauit fides: non reddunt inferiores sacramenta.
 Hæc ille. Vbi spūales uocat priscos patres: q; ube-
 riore diuini lumis illustrati splendore, una cum si-
 guris intellexerunt, & earum ueritatem, & q; dñā
 futurum designarent. quales fuerunt sancti patri-
 archæ & propheta: sacrique sacerdotes legis p̄iti.
 Verū omnino id falsum est, & a nullo sanæ mētis
 uiro catholico admittendum: quod panis nost. ui-
 uis q; de celo descendit & dat uitam mundo, non
 sit preciosior illorū spūalium agno typico, cum ip-
 so sit ille tanto eminentior: q̄to cœlū est terra subli-
 mius, & deus irrationali creatura superior, & pro-
 inde improporionali laude magis quam agnus il-
 le: prædicandus. Falsum est & illud quod sub-
 necit, fideles nr̄os quantum ad status ipsius legis
 conditionē: non esse beatiore: ipsis patriarchis &
 prophetis, cū plane dixerit in euangelio dominus

§

”

”

”

”

”

Ioan. 6

DE SACRAMENTO

Luc. 10

discipulis suis, & in eorū persona, quibusq; legis nouæ cultoribus. Beati oculi: qui uident quod uos uidetis. Dico enim uobis. quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere quae uos uidetis, & non uiderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Et quis fides illos nobis æquauerit, immo in unam coadunauerit mystici corporis societatem: eos tamen nobis inferiores reddunt sacramenta, quantum ad temporis ipsius rationem, & status utriusque legis diuersitatem. Nam eorum sacramenta, uenturum designarunt Christum, & mundi peccata morte sua sublaturum: sub figurarum quodam umbraculo. Nouæ uero legis sacramenta, iam Christum in carne manifestatum prædicant, & in cruce mortem passum, morteque deuicta rediuiuum in caelo regnare. Quis autem diffitebitur hæc sacramenta: illis esse potiora & perfectiora? ¶ Demum pro antiquæ legis obseruatoribus nimio per motus zelo Oecolampadius, graue suo iudicio infert incommodum: consequens eos qui astruunt, nouæ legis id esse priuilegium, quod in eucharistia uere continetur Christi corpus, sicut (inquit) patres per corpalem cibum instruebantur de spiritali: ita & nos quoque. Et sicut nobis corpus Christi est panis: ita illis Christus erat manna. Aut patribus & amicis dei dilectissimis & omnium sanctissimis denegatum fuisset: quod nunc in pollutis impietissimorum hominum manibus tractari uulgo dicitur, hæc ille. Quippe omnimodam similitudinem quæ prætenditur in istis duabus primis propositionibus: prorsus abnegamus. Quod enim illis in figura tantum tradebatur: nobis in ueritate est exhibitum. Neque absurdum arbitramur id admittere, quod postremo colligit loco; ob solam conditionis tē

EVCHARISTIAE I. 15

poris & status diuersitatem. quod debuerit figura ueritatem præcedere: & umbra lucem. Quod aut nouæ legis clarescente radio, impuri sanctam eucharistiam indignis attrectent manibus: non ex ipsius est legis constitutione, quæ id ipsum districte prohibuit, sed ex sola abuentium tam sanctis mysterijs pueritate. ex qua nullum sumi potest efficax argumentum: ad eorum quæ in lege noua Christus exhibuit, improbationem.

Per manna populo Israelitico exhibitum in deserto, necnon per panes propõnis ueteris testamenti, & panem subcineritium. Helia ab angelo subministratum: idem ostendi de ueritate corporis Christi in eucharistia, propositum. Ca. V

Nunc ad alias transeamus antiquæ legis figuras, p quas sanctorum patrum testimonio præsignificatum est angustissimum sacramenti eucharistiæ mysterium: & ex illis ostendamus, ueritatem corporis dominici substantialemque præsentiam, sub forma panis subsistere. Certe non diffitentur sacri scriptores, manna cælitus subministratum populo Israelitico in solitudine p quadraginta annorum curriculum: fuisse figuram sanctissimi eucharistiæ sacramenti, nobis in hoc transitu per desertum huius mundi & peregrinatione nra, pro salutari uiatico relictæ, ut eius alimonia demum perueniamus in terram promissionis spiritualem: regionemq; uiuorum. At qui figura nunq; accedit ad suæ ueritatis perfectionem: sed longo intra eam subsidet interuallo. Alioqui non figura denominari deberet, sed esset ueritas: omniocq; cum ea coincide

Exod, 16.